quæſt. 181. num. 11. verſ. Quò ſi, Cardin. Lug. diſp. 26. num. 82. verſ. Arguunt tertiò, Dicaſtill. diſp. 2. dub. 9. num. 131. Molin. diſp. 351. num. 4. & communiter Theologi, atque ſic tenendum eſt, niſi conſtet, voluiſſe læſum donare ex mera liberalitate id, in quo damnificatus eſt; quod ex circunſtantiis colligi poterit, Mol. ubi proximè, Bon. ſup. quæſt. 2. punct. 4. n. 23.

Ibi : *Unde in foro etiam exteriori.*

72 Qui ob læſionem ultra dimidiā convenitur, ſi pretiū ſupplere eligit, præſtare debet omne illud, quod deeſt uſque ad juſtū pretium, nec liberabitur ſolvens exceſſum ultra dimidiā, veluti ſi emiſſet rem valentem viginti quinque pro duodecim, reſtituere non unum duntaxat, qui eſt exceſſus ultrà dimidiā, ſed tredecim, quæ ad juſtum pretium deſunt, Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 7. n. 24. Capella Tholoſan. deciſ. 64. Cyn. in d. l. 2. quæſt. 8. Bald. ibi, n. 7. quæſt. 12. Caſtrenſ. nu. 2. Ant. Gom. dict. cap. 2. n. 22. verſ. Et adde quod non ſufficit, in quo omnes conveniunt, Pet. Gregor. ſyntagm. t. lib. 23. c. 24. n. 13. quod intellige juxta tradita ſup. cap. proxim. n. 20.

Verſ. *Sextò, in tutelam, & defenſionem.*

73 Argumentum ab abſurdo vitando, quo in præſenti utitur D. Covar. validum eſt in jure, l. nam ab urdum 7. ff. de bon. libertor. Everard. in cent. legal. loco ab abſurdo 8. Menoch. conſ. 1185. num. 22. Mantua, obſervat. 45. Peregrin. de fidei commiſſ. art. 1. num. 45. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 3. tit. 7. à princip. & de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 13. per totum.

Ibi : *Deinde etiam ſequeretur.*

74 Quando venditio modico pretio facta poſſit nativitate filiorum ex l. ſi unquam, C. de revocand. donat. revocari ? docent Boër. deciſ. 13. num. 2. Mangil. de imputat. quæſt. 108. num. 19. cum aliis, Matienç. in l. 12. gloſ. 1. n. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. Anguian. in d. l. gloſ. 1. num. 25. Ovald. ad Donel. lib. 1. cap. 22. lit. E. Igual. del. Villar. in Sylva reſponſ. reſp. 8. n. 5. lib. Jul. Clar. recept. ſent. lib. 4. §. Donatio, quæſt. 24. num. 5. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de donat. reſolut. 4. n. 6. cum ſeqq.

Ibi : *Præterea, & tertiò, ſi hic donationem.*

75 Venditionem vili pretio per patrem factam in præjudicium liberorum poſſe ab eiſdem revocari, niſi tempore mortis ſuperſint bona, ex quibus integra legitima deduci poſſit, computato etiam, quod in alienatione remiſit; ſentiunt Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 18. num. 10. Peregrin. de fidei commiſſ. art. 36. numer. 37. Cyn. in l. 1. in 7. quæſt. C. de inoffic. donat. Bald. ibi, num. 16. Ripa in l. ſi unquam, q. 9. C. de revoc. donat. Bart. in l. 2. ff. ſi à parent. q. fuer. manumiſ. Matta de ſucceſ. leg. l. part. 1. quæſt. 25. art. 7. à n. 18. Quo caſu filius agere non valet ad pretii ſupplementum ſed ad reſciſſionem contractus, oblato priùs quod pater accepit, Mangil. de imputat. quæſt. 108. in fine, Merlin. ſupra, n. 16. Sed quia res hæc dubia eſt valdè, & DD. cum limitatione loquuntur, conſulere oportebit Menchacam controverſ. illuſtr. lib. 1. cap. 37. ex num. 1. Coſta in cap. ſi pater, part. 3. verbo, privare non poſſit, n. 23. cum aliis, de teſtament. in 6. Peguer. deciſ. 271. n. 15. verſ. Si verò alienatio, Cervantes in l. 6. Taur. numer. 36. Cancer. part. 1. cap. de donat. num. 86. Mangil. de imputat. q. 93. num. 16. 17. 18. 36. 38. & d. q. 108. n. 8. cum ſeqq.

Ibi : *Nam ad primum conſtat.*

Ad hæc argumenta, ubi propoſita ſunt, reſpondimus. Vide ſuprà, numer. 37. cum ſeqq.

Ad Num. 13.

Quod venditor læſus ultra dimidiā, re perēpta, quę vēdita fuit, apud emptorem, nulla ejuſdem culpa interveniente, poſſit agere ad pretii ſupplementum ultra laudatos, hic à D. Covar. defendunt. Mexia in dict. pragmat. concluſ. 1. num. 158. ad fin. Gozad. conſ. 44. col. 2. Iaſ. in l. ubi autem, § Qui illud, col. 1. ff. de verb. oblig. Beroj. in c. cum dilecti, n. 75. 79. de emp. Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt, ſi res poſt litē conteſtatā ſuper reſciſſione cōtractus perierit. Hermoſ. in dict. l. 56. gloſ. 10. n. 10. Matienç. in l. 1. gloſ. 8. n. 32. tit. 11. lib. 5. Recop. Gutierr. practicar. lib. 2. quæſt. 137. in fin. Cevall. quæſt. 443. nu. 5. Barboſ. ubi proximè, n. 148. Britto in rubric. de locat. 2. part. 2. §. 2. n. 31. Etſi contrarium tueatur Garcia de expenſ. c. 18. n. 43. Qui, non obſtante litis conteſtatione, emptorem liberari putat.

Ratio primæ, ac præcipuæ aſſertionis eſt, quoniam, ut eam tuentes exiſtimant, ex dict. l. 2. tam res ipſa, quàm pretii ſupplementum ſunt alternativè in obligatione; quare licet obligatio extinguatur quoad rei reſtitutionem, eadem peremptâ, permanet quoad ſupplementum pretii, ad quod præcise compelli poteſt, ut in aliis alternativis obligationibus, in quibus Rei electio eſt; l. Stichum 95. § 1. ff. de ſolut. Sed verius eſt, ſolùm rem ex ea conſtitutione eſſe in obligatione, pretii verò ſupplementum in electione emptoris ut ſentiunt quàm plurimi ſtatim referendi, & latè diſputat Pinell. in d. l. 2. part. 3. cap. 1. à principio.

Secunda verò propoſitio, de re perempta poſt litem conteſtatam, ea nititur ratione; nam cùm poſt moram ejus, qui læſit, res pereat, perindè convenitur ac ſi exiſteret; l. quod te mihi 5. ff. ſi cert. petat. l. ſi ex legat. cauſa 23. l. cum fi ius 49. ff. de verb. oblig. Mora autem per judicialem interpellationem committi, nemo ambigit, Pichard. in tract. de Mora, n. 45. Ex quo videtur poſſe probari ſententia Ioannis Garciæ nuper traditā contra Communem, quando qui læſit juſtam cauſam habet litigandi, tunc enim minimè in mora conſtituitur cùm culpa vacet; Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. Pichard. num. 33. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 200. n. 30. atque ita re extincta, judicio pendente, deceptor liberabitur, qui moram non incurrit litigando.

Ad Num. 14.

Ibi : *Contrarium expreſſim probat.*

Contra præcipuam concluſionem proximè poſitam, ſcilicet, re extincta apud emptorem abſque ipſius culpa, non eſſe audiendum venditorem ultra dimidiam læſum, ſi prætii ſupplementum poſtulet, docent Ant. Gom. dict. capit. 2. numer. 22. verſ. Item adde, quòd ſi prædicta res, Greg. Lop. in dict. l. 56. gloſ. 10. Hermoſ. ibidem, n. 12. Parlad. differen. 50. n. 4. Cevallos ſupr. nu. 2. Gutier dict. lib. 2. quæſt. 136. Fachin. dict. lib. 2. controverſ. capit. 18. in fin. Brit. ſupr. ex n. 29. Trentacinq. lib. 3. variar. tit. de ſolut. reſol. 11. n. 3. verſ. Quarto non procedit, Barboſ. ſupr. n. 140. Mezz. de contract. tract. de empt. tit. quib. caſib. annu etur emptio. Rebell. de obligat. juſtit. part. 2. lib. 9. quæſt. 3. ſect. 2. n. 10. Pinell. in dict. l. 2. part. 2. cap. 1. n. 36. 37. Padill. ibi n. 37. in fin. Matienç. ſupr. num. 26. Azeved. in l. 1. numer. 26. tit. 11. lib. 5. Recop. Molin. dict. diſp. 349. numer. 6. Dicaſtill. numer. 313. Petr. Greg. dict. lib. 15. cap. 24. numer. 18. Idem juris erit, ſi res ſimiliter ſine culpa emptoris fuerit penes venditorem extincta; nam iſte, quamvis læſus ultra dimidiam, agere ad pretii ſupplementum prohibetur; Barboſ. numer. 143. Matienç. dict. numer. 32. Pinel. dict. capit. 1. in fin. Hermoſ. numer. 5. Fundamentum potiſſimum hujus veræ opinionis eſt, nam ut ex dict. l. 2. conſtat, & præfati DD. præmittunt, cùm ſolùm res vendita ſit in obligatione, pretii autem ſupplementum in electione ipſius, qui læſiſſe dicitur, cui favorabiliter conceſſerunt Cæſares, ut ſi voluerit, poſſit quod emit, juſto pretio ſoluto, retinere; inde provenit, ut re perempta omnino liberetur à reſtitutione rei, quia debitor ſpeciei, perempta ſpecie, liberatur; d. l. ſi ex legati cauſa, cum ſimilibus; multo magis à pretii ſupplemento, quia ad id obligatus non eſt, niſi cum retinere rem elegerit, quod, ea extincta, locum nequit habere; de quo Pinel. d. cap. 3. à principio. 77

78 Ibi : *Secunda, re perempta abſque emptoris culpa.*

Re abſque deceptoris culpa perempta apud tertium poſſeſſorem, qui juſtum pretium numeravit, adhuc læſus agere poterit contra primum emptorem ad pretii ſupplementum, qui ſolùm tenebitur præſtare, quod ultra datum à ſe, accepit à Tertio uſque ad juſtum valorem rei, & non ampliùs; unde ſi rem valentem viginti, novem emit, ac poſteà vendidit alteri triginta tantum, viginti reſtituere læſo compelletur Barb. num. 146. Pinel. d. c. 1. num. 38. Matienç. num. 31. Hermoſ. num. 8. Alberic. in dict. l. 2. num. 11. Fulgoſ. ibi num. 7. ad finem. Guttierr. d. quæſt. 136. in fine. De quo ſup. cap. proxim. num. 87. ubi alios refero, ratione reddita.

Ibi : *Ex quibus tertia deducitur.*

79 Si res caſu pereat apud emptorem, cum ipſe ultra dimidiam læſus fuerit, ad reſtitutionem exceſſus petendam admitti poſſe ſentiunt cum D. Covar. Panormitan. in dict. cap. cum dilecti, ad finem, de empt. Phantal. Cremenſ. in dict. l. 2. amplia t. 25. propè finem : Menchaca controverſ. uſufrequent. lib. 3. cap. 62. numer. 13. Garcia dict. cap. 18. numer. 43. in fine; Sed nullam actionem emptori læſo ſupereſſe, adverſus D. Covar. tenent Hermoſ. num. 4. Barboſ. numer. 141. Ant. Gom. dict. num. 22. verſ. Si vero emptor, apud quem Bart. Bald. Caſtrenſ. Cyn. & Odofred. Pinel. ſupra, num. 39. Villalobos in ærar. commun. opin. lit. C. num. 28. Matienç. dict. gloſ. 8. num. 33. verſ. Sed jure, Azeved. ubi proximè, Guttierr. dict. quæſt. 137. Morla in empor. p. 1. tit. 9. in procem. num. 45. Favet expreſſim l. 56. tit. 5. p. 5. ubi Idem, quod dicitur de re extincta, deciditur, ſi valdè fuerit deteriorata : & quamvis prior opinio æquior ab omnibus judicetur, poſterior magis juri videtur conſonare; nam cùm d. l. 2. læſis ultra dimidiam ex humanitate præſtet auxilium, conceſſa lædentibus electione, ubi ob rei interitum optio dari non poteſt, non erit admittendus, qui ad pretii ſupplementum præcisè agit, contra formam legis, & mentem, quæ nullo caſu voluit, ut deceptor pretium ſupplere cogeretur, ſed hoc ipſius electioni reliquit, ut nuper dicebamus. Hæc autem ſententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel facto emptoris læſi, rei extinctio contigerit. De quibus ſup. cap. proxim. num. 88. ubi opinionum conciliatio.

80 Quotieſcunque igitur culpa deceptoris intervenit in rei interitu, læſus, ſivè ſit venditor, vel emptor, agit præcisè ad ſupplementum, aut reſtitutionem exceſſus, Barboſ. n. 145. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. 1. n. 61. 71. Hermoſ. n. 7. Pinel. d. part. 2. cap. 3. n. 34.

81 Utrùm autem aliud remedium læſis ſuperſit, ubi ab hoc ex aliqua cauſa excluduntur ? Videndum eſt apud Hermoſ. in dict. l. 56. gloſ. 11. num. 130. & poſſe læſum adire judicem Eccleſiaſticum per denunciationem Evangelicam, ut alterum contrahentem ad reſtitutionem compellat, docent Card. Lug. d. diſput. 22. num. 96. Molin. diſp. 352. n. 4. ubi improbat Navarr. aſſerentem hoc à Principibus ſæcularibus, Eccleſiaſticis judicibus prohiberi; tamen nunquam læſos ad hoc auxilium recurrere vidimus.

AD CAPUT V.

Utrùm Venalia ſub legato omnium bonorum contineantur ? Ad interpretationem leg. Generali : §. uxori, ff. de uſufruct. legato.

SUMMARIUM.

1 *De materia ſcribentes referuntur.*
2 *Legato omnium bonorum, vel uſufructus eorum merces comprehenduntur.*
3 *Idem eſt de pecunia.*
4 *Præfata procedunt in donatione, & aliis.*
5 *Legatum certi generis bonorum venalia non continet.*
6 *An in generali obligatione veniant merces ? & numer. 7. 8.*
9 *Quid de pecunia.*
10 *Obligatis bonis quæ in certo loco ſunt, venalia non continentur. Contra, n. 12.*
11 *Quoad pecuniam diſtinguitur.*
13 *Ubi debitor quid venale excepit, venalia cætera manent obligata.*
14 *Mercibus obligatis diſtractis, non datur actio in tertium poſſeſſorem.*
15 *Sub obligatione mercium futuræ veniunt.*
16 *Item pecunia redacta ex illis.*
17 *Merces emptæ ab hærede mercatoris non ſubrogantur loco earum, quæ ſunt diſtractæ quoad hypothecam.*
18 *Limitatur concluſio tradita n. 14. uſque ad num. 20.*
21 *Differentia inter legatum, & obligationem bonorum.*
22 *Utrùm merces in prædium illatæ ſint obligatæ locatori, & num. 23.*
24 *Legato omnium rerum, quæ in tali domo ſunt, venalia non cedunt. Limitatur n. 28. & 29.*
25 *De intellectu* l. pediculis 34. §. Item cum quæreretur, ff. de aur. & arg. leg.
26 *Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur ?*
27 *In dubio verborum menti ſtandum eſt.*
30 *Fructus ex propriis agris percepti, etſi venales habeantur, inter venales merces non numerantur, & n. 31.*
32 *Legans res exiſtentes in aliquo loco, excepta aliqua venali, omnia venalia relinquere videtur.*
33 *Ob qualitatem perſonarum, verba ampliantur ad venalia.*
34 *Exceptio bona eſt de contentis ſub regula.*
35 *Regula ex exceptionibus ſolet ampliari. Declaratur numer. 49.*
36 *De intellectu* l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. *n. 37. 38.*
39 *Per exceptiones regula declaratur.*
40 *Favore hæredis in dubiis contra legatarios reſpondetur.*
41 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
42 *Exceptio non firmat regulam in caſibus excepto ſimilibus.*
43 *Similes caſus qui dicantur.*
44 *In correctoriis non datur extenſio. Limitatur n. 45.*
46 *Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione juris communis.*
47 *Caſus omiſſus non dicitur, qui ſub diſpoſitione vel tacitè continetur.*
48 *Dictio taxativa non impedit extenſionem, quæ de jure fieri debet.*
50 *Ex exceptione unius, cætera ſimilia ſub regula comprehendi intelliguntur.*
51 *Inducta ad deminutionem poſſunt indirectè augmentum operari.*
52 *Contrariorum ea eſt natura, ut, uno cognito, in alterius cognitionem perveniatur.*
53 *Regula, & exceptio, etſi inter ſe contrariæ, ſub diverſa ratione juri utraque convenire poteſt.*
54 *Ut exceptio ſit congrua debet aliqua ratione ſub regula contineri.*
55 *In ultimis diſpoſitionibus ſufficit conjecturata voluntas.*
56 *Non ſufficit, ut congrua ſit exceptio, quod ſolùm juxta verborum corticem exceptum ſub regula contineatur.*
57 *De ſignificatione, ac vi particulæ,* ſeu, *uſque ad finem.*

De iis, quæ caput iſtud complectitur, conſulendi ſunt Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 137. Merlin. de pignorib. lib. 2. quæſt. 45. 46. Afflict. deciſ. 106. Cardin. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 6. Arias Pinel. in rubric. part. 1. n. 38. cum ſequentib. C. de bon. matern. Paulus de Montepico in l. Titia, §. Titia, n. 112. ff. de legat. 2. Maſtrillo variar. reſolut. lib. 1. cap. 24. Strach. de mercatura, tract. de contract. mercator. tit. mandati, §. ult. Neguſant. de pignorib. memb. 2. part. 2. principa. à principio : Cevallos commun. contra communes, tom. 1. quæſt. 444. Put. deciſ. 297. Ludovic. Gom. in §. Item Serviana, Inſt. de actionib. Molin. de juſt. tract. 1. diſput. 205.

Ad Num. 1.

2 Quoties omnia bona ſua, aut uſumfructum eorum legat aliquis, etiam mercaturæ cauſa parata comprehendere cenſetur; nam cùm diſpoſitio ad univerſam defuncti ſubſtantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipſam pertinent, continentur, Menoch. *ſupra*, *num.*4.Caroc.*deciſ.*117. *num.*1.*verſ.Sed benè*,Stracha *num.*2.Montepico *d. num.*112. Neguſant.*num.*16.Pinel.*num.*38.*in fine*, Berojus,*quæſt.* 29. Joan.Dilect. *de art.teſtand.tit.de legat.caut.*19. Afflictis *ſupra*, Maximè cùm terminus univerſalis eam vim habeat, ut, eo appoſito, veniant in diſpoſitione, quæ alioqui non continerentur, ut inquit Bart. Communiter receptius in *l.generali*,§.*Uxori*,*ff.de uſufruct. legat.*latè Decian. *conſ.*44. *num.*4.*lib.*4.Menoch.*conſ.*129. *num.* 8. & ita eſt tenendum, quamvis præcipuam concluſionem impugnent Bald. Dec. & alii apud Pinel.*ubi ſupra*, Gomez *in d.* §. *Item Serviana*, *num.*19.Bolaños *in Curia.part.*2.*lib.*1.*cap.*6.*in fine.*

3 Idem quod de mercibus, & de pecunia dicendum eſt: Pinel.*in l.*1.*part.*2.*num.*45. *C. de bon.matern.* Menoch. *dict.* *lib.*4.*præſ.*138.ubi plures caſus diſtinguit:& *conſ.*407.*n.* 16. *in fine.*Pecunia enim,quæ non præſidii cauſa eſt repoſita, ſed ut celeriter expendatur habetur;inter venalia computatur, eaque ac merces à pari procedunt, Bald. *in l. certi quæſt.*6.*C locat.* Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. generali*, §.*Uxori*, Montepic. *dict. numer.*112. *in fine*,Pinel. *ubi proximè*,*numer.*47.*verſ. Quam æquiparationem*, Menoch. *dict. conſ.*407.*num.*11.

4 Hujuſque dicta procedunt, etiam ſi teſtator bonorum mobilium duntaxat meminerit, nam & merces & pecunia erunt legatario præſtandæ,ut præfati DD. advertunt, veluti ſi quis dixerit: *Omnia bona mea mobilia Cajo relinquo.*

Quæ omnia non ſolùm in legatis, ſed & in donatione aliiſque contractibus erunt obſervanda, Bald.*in rubric. C. de verbor.ſignificat.*Alexand.*in l.ſi conſtante,num.*27.*verſ.Sed reſpondeo*,*ff.ſolut.matrim.*Iaſ.*in* §. *Item Serviana*, *num.*49.*Inſtit.de actionib.*Pinel.*in d.rubric.part.*1.*num.* 45. Neguſant. *ſuprà*, *num.* 15. In univerſitate namque bonorum merces venire,regulare eſt,Surd.*deciſ.*283.*num.*18.Quid de legato generali,in quo terminus univerſalis non eſt additus?paulò inferiùs,cum *D.Covarr.*oſtendemus.

Verſ.*Secunda concluſio.*

5 Legatum certi generis bonorum, veluti frumenti, vel ſervorum,etiam univerſaliter relictum, aſſerendo:*Lego omne frumentum,vel omnes ſervos meos*: non extenditur ad ea, quæ paterfamilias mercimoniæ gratia paraverat;quoniam non intelligitur de illis, quæ ut illicò diſtraheret, habebat,cogitaſſe; & cum limitata ſit voluntas,ſtrictius interpretatur, quàm cum bonorum univerſitas relinquitur, ſub qua venalia comprehendi, nuper diximus. Ita probat *l.pediculis* 34.§.*Item cum quæreretur*,*ff.de aur.& argent. legat.* Pinel.*d.part.*1.*rubric.num.*42. Menoch. *d. præſ.*137.*num.*2. Pic.*ſupra*, Bart.*in l.Divus*,*ff.de bon. damnat.* Bald. *in rubric. C.de legat.* Alexand. *in d.l.ſi conſtante*, *num.* 24. *verſ.Præterea*,Roman.*in* §.*fin. ejuſdem leg.num.* 8. Pet. Pech. *de teſtament.conjug.lib.*5.*cap.*13.*num.*1. Idem conſequenter dicendum eſt, ſi quis habens pecuniam loco præſidii reconditam, & aliam quantitatem ut ſtatim diſtribuat, omnem ſuam pecuniam reliquerit; quoniam hæc non debebitur: ſecus ſi nulla alia teſtatori ſit, quo caſu ipſa præſtabitur; ut planè colligitur ex traditis per Menoch. *dict. præſ.*138.*per totam.*

Ad Num. 2.

6 In generali obligatione expreſſa, vel ſi certum genus bonorum obligetur, ut vinum, non venire merces,viſum eſt Jacobo de Arena *in d.*§ *Uxori*,Roman. *in d. leg.ſi conſtante*,*num.*83.Bald.*in d. l. certi juris*, *quæſt.*6.*num.* 12. *verſ. Quid de mercibus*,*C.locati*, Socin. *in l. qui Romæ*.§.*Callimachus*,*notab.*4.*ff.de verbor. obligat.* Alberic. *de ſtat.quæſt.*718. Mantic.*de tacit.& ambig.convent.lib.*11.*tit.*4. *n.*36.& aliis, quos referunt Caroc.*d.deciſ.* 117. *num.*1. Gait. *de credito*, *cap.*4.*q.*5.*num.*118.Pinel.*d.n.*45.

Hæc verò ſententia communiter reprobatur: & contraria, eſt omnino certa, & amplectenda; quam tuentur 7
Merlin.*d.quæſt.*45.*num.*7.Gomez *ſupra*, *num.* 28.ubi Mynſinger.*num.*16. Stracha *ſupra*, *num.* 1. Neguſant.*d.memb.*2. *num.*14.Caroc.*d.num.*1.*verſ.Sed benè*,Pinel.*in d.rubric.n.*45. 46.Gail.*obſervat.lib.*2.*obſervat.*83.*num.*5.Bertaz. *de clauſul. inſtrument.clauſ.*12.*gloſ.*2.*num.*4.*verſ.Præterea*, Bolaños, *d. tom.*2.*lib.*2.*cap.*3.*num.*8.Gait.*ſupra*,*num.*125.126.139. Put. *d.deciſ.*297.*num.*1.Pacific.*de Salviano*,*inſpect.*3 *c.*2.*n.*181.& *cap.*5.*num.*89. Rota apud eundem *deciſ.*125. *num.*3 & *deciſ.*126.Molin.*de juſt.tract.*2. *diſp.* 528.*num.*6.Mareſcot. *d. cap.*24.*num.*1.ubi teſtatur,Rotā dixiſſe,hanc opinionē magis communē,ac verā eſſe:cui accedunt & alii plures,quos congeſſit Merlin.*ubi proximè*,*num.*9.*verſ.Et hæc ſecundam.*

Quod ſimiliter eſt ampliandum, ad tacitam hypothecam,cui etiam venalia ſubjacent;Pinel. *d.num.*46. Stracha 8
*n.*4.Neguſant.*memb.*4.*part.*2.*num.*216. 217. Mareſcot.*lib.*2. *cap.*118.*num.*3.*cum ſeqq.*Merlin.*d.quæſt.*46.*n.*1. Menoch. *de adiſpicend.poſſeſ.remed.*3.*n.*128.Pacific.*d.cap.*5.*n.*83.Connan. *commentar.jur.civil.lib.*4.*cap.*16.*num.*8.Zal.*in* §.*Item Serviana*,*n.*20.*Inſt.de actionib.*ubi Gomez *n.*23.Iaſ.*nu.*48.& ita eſt tenendum;quamvis Cevall.*d.q.*444.*in fine*, contrarium verius,ac receptius dicat,atque ita in praxi ſervari.

Pecunia quælibet,ſive expendibilis, ſive recondita loco 9
præſidii, tam expreſſa, quàm tacita generali hypotheca cōtinetur.Ita de expreſſa docent Merlin.latè *dict.lib.*2. *quæſt.* 48.Pacific.*d.inſpect* 3 *cap.*3 *n.*324.Stracha *ſupra n.*5.Mātic. *de tacit.& ambig.convent.lib.*11.*tit.*4.*nu.*9.Theſaur.*quæſtion. forenſ.lib.*2 *q.*16.*n.*1.2.Afflictis *d.c.ſ.*190.*nu.*4. Neguſant.*d. memb.*2.*n.*11.Bertaz.*ſupra* Bald.*in l.cum tabernam*,§.*ult.* ubi etiam Bart.*ff.de pignorib.* quò loci hoc expreſſim probatur. De tacita idem ſuſtinent Neguſant.*d.memb.*4.*part.*2.*n.*166. Merlin.*ubi proximè*,*n.*14.qui bene probant:quamvis contradicant Alexand.ad Bart.*in d.l.cum tabernam.* §.*ult.*Pacific. *d. inſpect.*3.*cap.*5.*num.*112.*cum ſeqq.* Excipitur autem pecunia, cujus cauſa hypotheca contrahitur,quæ obligationi non eſt obnoxia;non enim veriſimile eſt,contrahentem,qui recipit pecuniam mutuam ad ſua expedienda negotia, velle ipſam obligationi ſubjicere;quod à contrario ſenſu probat *d.*§.*ult.* Sic Merlin.*dict.quæſt.*48.*n.*10.11.Mantic.*ubi proximè*,Bald.*in dict.*§.*fin.verſ.Sed nunquid* Stracha, *dict. num.*5. Neguſant. *dict.memb.*2.*numer.*12. Bolaños *ubi proximè*, *numer.*7. Vide omnino Merlin. *à num.* 24.

Ibi: *Non appoſita loci reſtrictione.*

Si quis generaliter obligaverit omnes oves ſuas,vel bo- 10
na, quæ in tali domo,vel loco habet, merces ibi exiſtentes obligatæ non remanent. Ita tenet Communis per textum *in l.debitor pactus* 32.*ff.de pignorib.* & *in l.in prædiis* 7.*ff.in quib.cauſ.pign.vel hypoth.tacit. contr.* quibus probatur, non videri in loco eſſe, quòd ſtatim eſt avocandum. Ex quo planè infertur, quòd cùm merces non ſint in domo aſſignata ad permanendum ibi,ſed ut quanto celerius ſit poſſibile,veneant, & amoveantur, non veniunt in obligatione ad locum reſtricta; quamvis univerſaliter ſit concepta;Bald.*in d. l. cum tabernam*, *num.*2.*in fine*, Bart. *in d.*§ *Uxori*,Alexand.*in d.l. ſi conſtante*, *in princip. num.* 27. Neguſant.*d.memb.*2.*num.*14.Stracha *ſupra*, *num.*3.Crot. *in d.l.ſi conſtante*,*num.*66.*vers.Fatendum*,Pacific.*d.cap.*5.*n.* 92. Montepic. *dict. num.* 112. Gait.*dict.cap.*4.*quæſt.*5 *num.*145. Bolaños *dict.cap.* 3. *num.* 8. Rota apud Pacific. *dict. deciſ.* 126.*num.*2. quòd apertiùs D. Covarr. tradit *infra*, *num.*9. *verſ. Quinta concluſio.*

Quoad pecuniam in hoc caſu diſtinguendum eſt; nam 11
reſervata in ſubſidium veniet in obligatione,non ſic; quæ ut mutuo detur,vel ad ſumptus quotidianos parata eſt,ut ex ratione tradita aperte colligitur, & ex Menoch. *d.præſ.* 138.*num.*2.& 8.& tenet Pacific. *dict cap.* 5. *numer.*112. per textum in *l.ſi chorus* 77 §.1.*ff.de legat.* 3.ubi optimè Conſultus hanc differentiam pecuniæ tradit: ſed ſi dubitetur de pecuniæ deſtinatione, præſumendum eſt, celeri diſtributioni eſſe expoſitam,quoniam ejus natura eſt, ut expendatur; Menoch. *n.* 12. Hieronym Gabr. *conſ.* 98 *n.* 27.

12 Sed à communi ſententia recedit Merlin.*d.quæſt.*45. *ex num.* 16. probans,merces contineri ſub obligatione,etiam ad locum certum reſtricta, ſenſiſſe Ripam in *l.* 1. *num.* 9. *ff de pignorib.* affirmat, & conſentiunt Gait. *dict. quæſt.*5. *num.*153.Pat. Molin.*de juſt.* & *jur. diſp.*203. ſaltem cum verbis univerſalibus uſus eſt creditor: & quidem verior videtur hæc ſententia *Merlini*, cum adjecto loci non eo tendat, ut merces excludantur, ſed alia bona, quæ extra locum nominatum ſunt, vel ut demonſtretur quod debitor obligat: quare contra mentem contrahentium, qui ut plurimùm has juris ſubtilitates ignorant, non eſt obligatio generalis coarctanda; argumento *l. non omnis* 19. *ff. ſi cert. petat.* Præterea quamvis merces in loco permaneant identitativè, per ſubrogationem tamen aliarum perſiſtunt, ſicut dicimus eandem Civitatem,vel Collegium idem extare pluribus ſæculis, & ſi omnes cives, aut collegæ primi ſint extincti; nam & merces univerſitas quædam eſt, ſubrogationis capax: Merlin. *dict. quæſt.*45. *numer.* 27. Neguſant. *dict. memb.*2. *ex numer.*17. atque ita licet ſingula corpora alienentur, eædem merces manere dicuntur in loco. Tandem his accedit, quòd inſpecta natura hypothecæ, quæ in mercibus regulariter contrahitur, nihil intereſt,ut illæ in loco ſint permanſuræ, necne, quominus ſub generali obligatione ad certum locum reſtricta comprehendantur; nam ut ſtatim probabimus, hypotheca in his venalibus tamdiu conſiſtit, quamdiu non alienantur: undè cum quis obligat res, quas domi habet, merces quoque complectitur, dum ibi permanſerint, nec per alienationem amoveantur, neque ex eo, quòd perſiſtentiam non habent, dicendum eſt, obligationem in ipſis non ſubſiſtere, ſufficit enim quod in loco deſignato permaneant, dum ipſa hypotheca non extinguitur.

13 Hæc autem opinio maximè locum habebit, ſi debitor in obligatione aliquam rem venalem exceperit, ut ſi dixerit: *Obligo res, quas domi habeo præter purpuram venalem.* Nam tunc cætera omnia venalia continebuntur ex doctrina, quam refert D. Covarruvias.*infra*, *numer.* 4. & ita tenent Merlin. *dict. quæſt.* 45.*numero vigeſimo ſecundo.* Gait *ſupra*, *numer.* 185. Molin. *dict. diſp.* 203. *numer.* 1.

Ibi: *Textus optimus in l. cum tabernam.*

De interpretatione *d. l: cum tabernam, videndus eſt* Pinel *d. rubric. part.* 1. *n.* 46.

Ibi. *Modò res venales ſint penes debitorem.*

Speciale eſt in mercibus, ut hypotheca per earum
14 alienationem extinguatur, nec detur actio contra tertium poſſeſſorem creditori, quoniam ipſarum natura aliud non patitur, atque ita videntur contrahentes tacitè convenire, ut diſtrahi irrevocabiliter poſſint, ne alioqui commercium impediatur, Stracha *num.* 7.Put. *dict. deciſ.* 297. *numer.* 1. Mareſcot. *dict. cap.* 24. *numer.* 7. Ripa *in l.* 1. *numer.* 8. *ff. de pignorib.* Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numer.* 35. Bald. *in l. ubi adhuc*,*col.* 1. *verſ. In contrarium videtur.Cod, de jur. dot.*Bart *in dict.l. ſi conſtante*,*quæſt.* 3. *verſ.Quamvis principalis*, Neguſant. *dict. memb.* 2. *numero vigeſimoterito*, Rota apud Anton. Auguſtin. *deciſion.* 655. *libro tertio*, & omnes communiter. Quid de pecunia obligata ſi alienetur, docet Merlin. *dict. quæſtion.* 48. *numero decimoſexto.*

Circa quæ ſe offerunt nonnulla omninò notanda. Pri-
15 mùm, hypothecam non ſolùm conſiſtere in rebus venalibus tempore obligationis penes debitorem exiſtentibus, ſed etiam in futuris per eundem acquiſitis, quamvis harum mentio facta non ſit, quoniam in locum priorum alienatarum ſubrogantur, Put. *ubi proximè numer.* 3. Mareſcot. *numer.* 5. Stracha *numer.* 6. Neguſant. *num.* 17. 22. Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numer.* 26. 27. Bald. *in dict. l. ubi adhuc*,*numer.* 280. Gait. *dict. quæſt.* 5. *num.* 168. Cavaler. *deciſ.* 277.*num.* 1. Rota apud Pacific.*de Salvian. deciſ.*125. 126. quicquid ſentiat Socin. Senior *in l. qui Romæ*, §. *Callimachus*, *num.* 2. *verſ. Quinimo ff. de verb. obligat.*

Secundùm, pretium redactum ex mercibus obligatis, 16
dum in bonis fuerit debitoris, in eandem incidere obligationem, Merlin. *num.*34.Neguſant. *num.* 19. *in fine*,Ripa *in d. l.* 1. *num.* 8. *in fine*, Put *num.* 1. Pacific. *d. inſpec.* 3. *cap.*2. *num.* 189.Gait. *d. quæſt.*5. *num.* 189. Quia in univerſalibus, ut ſunt merces, pretium ſuccedit loco rei, *l. Imperator* 72.§ *fin. ff.de leg.*2. Merlin. *dict. numer.* 34.Cyriac. *tom.* 2. *controverſiar.*344. *n.* 8. Neguſant. *memb.* 4. *part.* 2. *n.* 59. *verſ. Ego autem in dote.*

Tertium, præfatam mercium ſubrogationem quoad 17
hypothecam, locum duntaxat habere in emptis ab ipſo debitore, qui contraxit, non ab ipſius hærede, qui quamvis merces comparet, hypothecæ minimè ſubjiciuntur; Strach. *numer.* 6. Neguſant. *dict. memb.* 2. *numer.* 22. Merlin. *numer.* 64. Cavaler. *deciſ.* 259.*num.* 2. Gait. *dict. quæſt.*5. *num.*173. & 174.Quod limitatur, cum hæres explendo negotium à defuncto cœptum, merces comparat; nam & hæ venient in obligatione à teſtatore contracta, ſicut cæteræ, quas ipſe reliquit. Merlin. *num.*66. 67. Neguſant.*dict.numero vigeſimo ſecundo.*Ripa *in dict.l.* 1.*num.*9. *verſ. Secundò intellige.*Bart.*in d.l. cum tabernam*, *in fine* Pacific. *d. c.* 2. *n.* 187.

Quartùm, creditorem non prohiberi, hypothecari ex- 18
periri adverſum tertium poſſeſſorem mercium, qui eas non minutatim, ſed ut corpus emit, veluti ſi tota taberna,vel horreum fuerit diſtractum,aut pars ejus quotitativa; nam cùm univerſitas rerum ſit, cum ſuo onere tranſit in emptorem,ſicut cætera quæ nexu obligationis tenentur. latè Merlin. *d. q.* 45.*à num.* 50.Mareſcot.*d.c.* 24.*n.*2. Ripa *d. num.* 9. Bald.*in d. l.ubi adhuc*, *n.* 19. Bald. Novel.*in d.l. ſi conſtante*,*n.* 72.Rota apud Pacific.*deciſ.*126. *num.*6.Ceſſant enim hic rationes, propter quas mercium obligatarum alienatio eſt permiſſa, ut rectè perpendit Merlin. *n.* 52. & 53.

Quintùm, ſi in generali obligatione merces aliquæ fue- 19
rint deſcriptæ, quod eas, actionem creditori contra tertium poſſeſſorem non denegari; nam cenſentur ſpecialiter obligatæ, & earum alienatio quocunque modo vetita; Merlin. *n.* 65. Pacific. *c.* 5. *n.* 101.

Sextùm, merces obligatas, etiam minutatim venditas 20
poſt inceptum cum debitore judicium, poſſe per hypothecariam revocari, Salicet. *in dict. l. ubi adhuc*, *numer.* 18. *verſ. Sed dubitare videtur*, Bart. *in dict. l. ſi conſtante numer.* 83. Ripa *ubi ſupra*, *numero octavo.* Put. *dict. deciſion.* 279. Merlin. *numer.* 50. & 51. ubi bene diſtinguit, ac declarat.

Ex dictis hucuſque duplex oritur differentia inter le- 21
gatum bonorum, & eorum obligationem quoad venalia. Prima eſt, quòd ſi quis leget omne vinum venale, legatario non debeatur, quod ſecùs eſt in obligatione, ut diximus *ſupra*, *num.* 5. & 6. Secunda, quòd in legato ad certum locum reſtricto, etiam ſi verbis univerſalibus uſus ſit teſtator, non veniant venalia ibi reperta, ut docet D. Covar. *infra*, *n.* 3. ubi dicemus, quod aliter in obligatione cum Merlino probavimus, *ſupra*, *num.*12 Hujus duplicis differentiæ ratio eſt, quoniam in legatis de majori agitur præjudicio, quàm in hypotheca, quare pleniùs voluntas debitoris, quàm defuncti interpretatur, Merlin. *dict. quæſt.* 45. *numero octavo.* D. Covarruvias, *paulò inferiùs.* Præterea legatarius nullum ſentit incommodum ex legati reſtrictione, qui de lucro agit; ſecùs creditor, qui de damno vitando contendit, nam forſan intuitu mercium mutuavit, quas ſibi obligatas credidit.

Ibi: *Qualis eſt illa rerum invectarum in domum.* 22

Controverſum eſt, num res venales in prædium invectæ, pro mercede locationis, ac damni ædificio illatis ſint, ſicut cætera bona invecta, tacitè obligatæ? videre eſt apud Maſcard. *de probat concluſ* 210. *num.* 6. & 7. & Merlin.*d.q.* 46.*n.*5. & 10.qui Authores inter ſe diſſidentes referunt, in quo plures caſus ſolent diſtingui, ut per Menochium,*de remed.*3.*de adipiſc.à num.*126. Mareſcot.*lib.*2. *cap.*118.*num.* 28.*cum ſeqq.* Merlin. *ubi proximè*, *ex num.* 11.